

de administr. tutor. Alexandr. consil. 31. ponderatis, 5. vol. Limita primò istam legem in præscriptionibus conventionalibus, procedentibus ex contractu defuncti, sive præscriptio fuerit inchoata cum defuncto, sive cum minore ejus hærede, l. *Æmilius*, D. de minor. l. *ea quæ a patre*, C. de restit. milit. et tenent communiter Doctores in dict. l. fin. et intellige, quando nullum factum intervenit cum minore, sed sola mora, aliàs secus, ut in l. *cum filius*, §. in hac, D. de verbor. oblig. l. 2. C. si advers. vendit pignor. Dicit tamen singulariter Albericus in dict. l. fin. co. 4. circa fin. quòd in dicto casu dabitur minori restitutio in subsidium, argumento l. *properandum*, in fin. C. de judic. l. *cum mandato*, D. de minor. et cap. 4. §. *pupillus*, in authent. de hæredit. et Falcid. quod tu multum nota, quia cæteri Doctores simpliciter dicunt isto casu currere præscriptionem cum effectu, et non dari restitutionem. Item limita in præscriptionibus testamentariis, ut in tempore à testatore præfixo, quia currit minori, datur tamen restitutio, ut in l. 3. §. *et si hæres*, D. de minor. vide quod notat Bald. in l. *pupillorum*, C. de repud. hæredit. Poterit etiam minor petere se restitui adversus præscriptionem conventionalem ortam à contractu defuncti ex capite ignorantie, ex clausula generali, si qua mihi, etc. secundum Bart. in dict. l. *Æmilius*, post medium coment. in 2. oppos. Francisc. Bald. in tractatu præscription. fol. 64. col. 1. vers. 2. limita. Item limita et secundò in præscriptionibus judicialibus, ut in tempore triennii, quo durat instantia causæ principalis, vel alio tempore per statutum assignato instantie causæ, nam currit minori, et non datur restitutio, nisi in subsidium tutore vel curatore non existentisolvendo. Similiter ei currit tempus datum appellandum, et ad prosequendum appellationem. Glos. in l. *auxilium*, D. de minor. datur tamen restitutio minori, etiam tutore vel curatore non existente solvendo, probatur in l. 1. et 2. C. si sæpius, in integr. restit. postulet. et ibi Bald. Bart. et Bald. in dict. l. fin. Francisc. Balbus in dict. suo tractatu, fol. 64. col. 4. vers. prædicta conclusio, et idem vult Angelus in dict. l. fin. Limita etiam in tempore statuto hæredi ad conficiendum inventarium; nam currit minori, salvo restitutionis beneficio, ut in dict. §. *pupillus*, in authent. de hæred. et Falcid. et vide circa istum §. quod dicit Bald. in l. *cum antiquioribus*, column. 5. C. de jur. deliber. Limita etiam in casu authenticæ si minor, C. de tempor. in integr. restit. et in tempore dato ad petendum bonorum possessionem, secundum Bart. in dict. l. fin. col. fin. Item limita in tempore anni præfixi ad petendum investituram, nam currit adulto, salva restitutione, ut in §. 1. vers. præterea si quis, juncta glossa, et ibi Alva. et Præpos. de prohib. feud. alien. per Freder. Francisc. Balb. in dict. suo tractatu, fol. 65. col. 1. vers. sic 3. fallit et ibi vide per eum de præscriptione statutaria; ubi col. 2. in princ. refert Claudium Aquensium in l. *naturaliter*, fin. col. D. de usucap. dicentem, quòd communis conclusio est, quòd præscriptio statutaria currit contra minorem adultum tempore minoris ætatis, et dormit tempore pupillaris, per dictum vers. *præterea, si quis*, et intelligi videtur, sive tractetur de lucro, sive de damno, secundum Bald. Angel. et Paul. de Castr. in dict. l. fin. Fallit tamen ista conclusio, quando præscriptio statutaria succederet loco præscriptionis legalis, nam eandem sortietur naturam; vide ibi per eum, versic. *fallit ista conclusio*. Adde etiam circa præscriptionem statutariam, quod dicit Bald. in l. *si mater*, C. de statu defunctor. et in l. 3. C. quib. non obicitur long. tempor. præscript. et in cap. 1. col. 5. quo tempore miles, et in §. *porro*, qualiter feud. alien. poss. et in l. *omnes populi*, col. 10. D. de justitia et jure, et l. *cum notissimi*, col. 1. C. de præscript. 50. vel 40. annor. Et de præscriptione retrahendi rem pro tanto per agnatum, vide Alberic. in dict. l. fin. col. 2. et Abb. in cap. *constitutus*, col. 5. de in integr. restit. ubi quòd currit minori, sed restituitur: sed tu vide l. 7. tit. 7. lib. 5. *Ordin. Regal.* ubi disponitur, quòd non detur isto casu restitutio. Quid autem de transcurso bienii, vel triennii dati emphyteutæ, an currat minori, vide Gloss. in l. *si tutoris*, C. de administrat. tutor. dum tenet, quòd non currat illud tempus minori: Albericus tamen post Ubert. in dict. l. fin. col. 3. vult contrarium; vide ibi per eum. Quid etiam si minor impetravit veniam ætatis, an currat contra eum præscriptio? Vide per Alberic. in l. *ea quæ*, vers. *querit Ubertus*, C. de tempor. in integr. restit. ubi distinguit, quòd aut res, in qua currebat præscriptio, exigebat decreti interpositionem, et tunc mero jure non currit, quia in talibus venia ætatis nihil operatur; si verò non exigebat decretum, et præscriptio inchoavit ante veniam impetratam, et judici intimatam, et tunc non currat, quia pro minore adhuc habetur, ut

in l. 1. et 2. C. de his qui veniam ætat. impetr. aut post, et tunc currat cum effectu sine restitutione, quia pro majore habetur. Item advertit, quòd in casibus, in quibus de jure veteri currebat præscriptio etiam legalis minori sine spe restitutionis, similiter et hodie curret, neque dabitur restitutio; sed difficile est investigare tales casus: vide per Paul. de Castr. in dict. l. fin. exemplificatè in actionibus prætoris, quæ finiuntur anno, vel minori tempore, ut in redditoria, et quanto minoris; vide ibi per eum, et per Francisc. Bald. in dict. tractat. fol. 64. col. 5.

(2) *Nasciessen*. Licet existerent in utero, ut in l. *etiam ei*, D. de minor.

(3) *A correr*. Aprobatur opinionem Azon. in summa, C. in quib. casibus in integr. restit. non est necess. quæ communiter approbatur, et reprobat opinionem Ubert. et Alber. Papien. et Jacob. de Are. qui dicebant non currere præscriptionem longi temporis, vel minorem minori, sive cœpta esset cum defuncto, sive cum minore, quia ita intelligebant dictam l. fin. per textum in l. fin. in fin. C. si major. fact. alienat. sine decreta rat. hab. quam dicit veriore Alberic. in dict. l. fin. col. 2. dicens, ita de facto obtinuisse coram magnis peritis.

(4) *Restitutio*. Adde l. 1. C. si advers. usucapion. et l. *etiam ei*, D. de minor.

(5) *Mayores de catorce años*. Contra pupillum enim non currit præscriptio, l. *bonæ fidei*, D. de acquir. rer. domin. l. *sicut in rem*, ubi Glossa, C. de præscript. 30. vel 40. annor.

(6) *Restitutio*. Aprobatur opinionem Azon. et Joan. de qua in glossa finali dictæ l. fin. quæ est communis; benè tamen fatentur, quòd si præscriptio incepit à minore, vera sit opinio Alberici, de qua in dict. gloss. cum compleri non possit præscriptio, nisi in ætate majori, et etiam quadriennio lapsò restitutionis; et ideo non competeret restitutio, l. fin. C. de temp. in integr. restit. et ita tenet Alberic. in dict. l. fin. C. in quib. caus. col. 4. Angel. ibidem col. 1. et Alberic. in l. fin. vers. *denuo quero*, C. de tempor. in integr. restit. Odofred. tamen relatus ab Alberico in dict. l. fin. in quib. caus. integr. restit. dicit, quòd etiamsi præscriptio incipiat à minore, et sic solum compleatur in majori ætate, adhuc detur restitutio, quia cum læsio ex præscriptione consummatur in majori ætate, quadriennium incipit currere à die consummatæ læsionis, argumento l. 1. §. *annus*, D. quando actio de pecul. est annal. et quòd quadriennium incipiat à completa præscriptione, tenet Bart. et communiter Doctores in dict. l. fin. C. de tempor. in integr. restit. quando tempus ex quo fuit causata læsio, fuit prius quadriennio, vel tantumden; et si fuerit minus, tunc solum infra tantum tempus, quantum fuit tempus læsionis; vide per Bart. Bald. Ang. et Salic. in dict. l. fin. C. de tempor. in integr. restit. et per Francisc. Bald. in tract. præscript. fol. 65. col. 2. v. 2. *quæro*. Ecclesia tamen semper habet quadriennium integrum, licet tempus læsionis fuit minus, ut in Clement. 1. de in integr. restit. ubi et Glossa voluit idem esse in privatis personis; sed præcedens opinio Legislarum est communis: ex lege tamen finali, infra eod. videtur approbari opinio Glossæ in dict. Clement. 1. vide ibi. Adverte tamen, quòd si præscriptio fuit cœpta in minori ætate, et completa in majori ætate, adhuc habet locum restitutio, ut dictum est; debet tamen intelligi, quando completa fuit in quadriennio, et sic emersit læsio in quadriennio, secus si emersit post quadriennium continuum, quia cum tunc restitutio orta denegaretur post ea, multo magis impeditur nativitas ejus, secundum Bart. in dict. l. fin. C. de tempor. in integr. restit. in fin. et sequitur ibi etiam Bald. in fin. dicens esse notandum.

(7) *Cuatro años*. Et à quo tempore currat quadriennium, vide in gloss. præced. et istud tempus ab initio est utile, unde non currit probabiliter ignorantia Bald. in l. *falsam*, C. si ex fals. instrum. Jaso §. *rursus*, col. 16. *Instit. de action.* Francisc. Balb. ubi supra, fol. 56. column. 3. Alexand. consil. 65. col. 4. in 4. volum.

LEY X.—Como las Iglesias, e los Reyes, e los Concejos, pueden demandar restitucion, por aquellas mismas razones que los menores.

Porque los bienes de las Iglesias (1), e de los Reyes (2), e de los Concejos (3) se pierden, o se menoscaban, por culpa de los que los han a procurar, o por engaño de los otros. E por ende fue establecido anti-

guamente, que tales bienes ayan aquel preuillejo, e aquella mejoría que han las cosas de los menores de veyntè e cinco años. Onde los que han en poder (4), e en guarda, las cosas sobredichas, pueden demandar restitucion sobre cada vna dellas, quando se menoscabassen por tiempo, o por engaño, o por negligencia de otri. E esto pueden demandar desde el dia que recibieron el engaño, o el menoscabo, fasta quatro años (5). Pero si el menoscabo fuesse tan grande, que montasse de mas de la meytad del precio (6), que valia alguna de las cosas sobredichas que fuesse enagenada (7), estonce bien puede demandar emienda, e restitucion, fasta treynta años (8), desde el dia que fue fecho el enagenamiento de la cosa.

LEX FINALIS.—Non solum minor, sed etiam ecclesia, Rex, vel communitas civitatis, vel loci, restituitur intra quadriennium à tempore læsionis, ut minor; sed si læsio in alienatione fuit ultra dimidium justii pretii, restituitur intra triginta annos à die alienationis computandos. Hoc dicit.

(1) *Eglestas*. Ecclesia respublica est, quia jus publicum consistit in sacris, et in sacerdotibus, l. 1. D. de justit. et jur. et ideo semper jure minoris servatur læsæ, cap. 1. cap. *auditis*, de in integr. restit. Hostiens. de restit. in integr. in summa, vers. *cuti*, ad fin. et nota quòd potest ecclesia petere restitutionem contra contractum, vel nullitatem contractus, coram giudice ecclesiastico, cap. *ad nostram*, et ibi Abb. de rebus ecclesiæ non alien. An autem possit peti in integrum restitutio per personam ecclesiæ, pro eo quod concernit suam dignitatem vel beneficium, vide Abb. in cap. *pro illorum*, in ultimo notab. de præbend. ubi refert notabile dictum Joan. And. in cap. *veniens*, de transaction. quòd si persona ecclesiastica contraxit, et obligatio sit personalis, veluti super fructibus, si in consequentiam læderetur ecclesia, poterit petere restitutionem in integrum, secus ubi tamen læderetur persona quoad fructus, quos faciebat suos: et ibi etiam allegat glossam 2. in Clement. 1. de in integr. restit. dum tenet, quòd ubi ecclesia non læditur, licet lædantur personæ ecclesiæ, non competet restitutio. Poterit ergo capitulum alicujus ecclesiæ in bonis suis petere restitutionem in integrum, prout etiam firmat Innoc. in cap. *nisi*, de præbend. quando capitulum læditur in juriis suis, secus si læderentur personæ singulares ipsius capituli, vel Episcopus in juriis competentibus personæ suæ, prout dixit prædicta glossa, et etiam Abb. in cap. 1. col. penult. de in integr. restit. similiter hospitalia, et alia loca pia gaudent hoc beneficio, secundum Joan. Andr. in cap. 2. de in integr. restit. lib. 6. et in cap. *requisiti*, de testam. bonus textus in l. *omnia*, C. de sacros. eccles. Abb. in dict. cap. 1. col. penult. ubi dicit, quòd collegia non pia non gaudent hoc beneficio: subdit tamen, quòd gaudebit collegium scholarium, quia in eo sunt multi minores 25. annis: vide etiam Abb. in cap. *relatum*, et l. 1. de testam. in fin. Hospitalia verò privata, non constructa Episcopi auctoritate, non gaudent privilegiis piorum locorum, unde neque gaudebant in integrum restitutione, neque præsentibus talibus hospitalibus privilegiis clericorum, neque relicta hospitali acquirentur sibi, sed Episcopus distribuet inter pauperes, Bald. notabiliter, in authent. *hoc jus porrectum*, col. 2. C. de sacros. eccles. vide per eundem in l. *orphanotrophos*, in vers. *quæro, utrum lex*, C. de Episcopo, et Clerico, et notabiliter per eundem in l. *si quis ad declinandam*, 12. et 15. col. C. de Episcopis, et Clerico, et notabiliter per Rochum in tractat. de jure patron. fol. 18. et 19. et adde Abb. in cap. 2. de consuet. 2. notab.

(2) *Reyes*. Et nil mirum, si Regibus in regnis suis competat restitutio, quia apud eos est universalis respublica Romanorum, ut tradit Bald. in l. 3. C. ad Trebell. ubi dicit, quòd universalis respublica Romanorum non est nisi apud Imperium, et etiam apud Reges in suis regnis tantum, et cum respublica Romanorum hoc jus habet, ut in l. *Respublica*, ubi Gloss. C. ex quib. caus. major. sic etiam Reges debent habere; et ex hoc videtur malè dixisse Petrus, quem refert Aber. in dict. l. *Respublica*, quòd Rex Franciæ in causa sua, vel regni, non posset restitui. Idem etiam voluit Lucas de Pennain l. *cubicularios*, C. de præpos. sacri cubiculi, lib. 12. [Cujus contrarium

cavetur expressè in ista lege, et idem videtur probari de jure antiquo, ut habetur in l. *republicam*, C. de jure reipub. lib. 11. intelligendo de republica Romanorum, quæ est hodie apud Imperatorem vel Reges, ut dixi. Et ut declarat Bald. in l. 1. C. de hæredit. vel action. vendit. duplex est patrimonium Regis, unum quod appellatur Fiscale, puta introitus, et exitus cameræ fiscalis; aliud appellatur totius patrimonii regalis, et quæ sunt in æterno patrimonio Regis; et in utroque patrimonio intelligerem legem istam, cum indistinctè loquatur, et militet eadem ratio; et facit l. fin. C. qui datur. tutor. et l. cum servus, §. si verò Salustianus hortos, D. de legat. 1. C. de fund. patrim. per totum, et quod ibi per Glos. in rubric. et non bene videtur dixisse Alberic. in dict. l. *Respublica*, cum concludit, quòd fisco non competat restitutio, dicens non subesse eandem rationem in fisco, quæ in republica, quia respublica Romanorum est omnium caput et magistra, et facilius subest læsionibus, quam fisco; et quia fisco, et respublica, non sunt idem, ut patet C. ne fisco, vel respublica. in rubrica, nam post imperium translatum in Principem à republica Romanorum, respublica absolutè sumpta est Fiscalis Imperii, vel Regis, ut dixit Bald. ubi supra, et tenet etiam Salic. in dict. l. *Respublica*, in princ. Gloss. et ibi Bart. qui latius declarat, quando respublica, et fisco sint idem, in rubrica, C. de jur. fisci lib. 10. Habet etiam Princeps, et aliud, et tertium genus patrimonii, quòd appellatur privatum, quod habet etiam tanquam Titius, et non tanquam Princeps, seu Rex, ut tradit Alexand. 4. vol. consil. 6. l. *procurator*, et ibi Cyn. C. de edend. et in isto tertio patrimonio non videtur, quòd procedat hujus legis dispositio, et posset procedere, quod Petrus relatus ab Alberico dixit, et hujus sententiæ fuit Lucas de Penn. ubi supra, dicens, quòd Rex non ratione suæ personæ, sed ratione reipublicæ, quam sustentat, eamque procurat et servat, tali beneficio gaudet, et quòd si aliàs in speciali contractu, qui commoda vel incommoda reipublicæ non respiceret, ipse Rex, seu ejus camera læderetur, non esset restituendus, argumento l. *funosi*, §. hoc tamen, D. ad leg. Jul. majest. et cap. *qui sincera*, 43. dist. Et facit ad prædicta, quod notat Angel. per textum ibi, in authent. *ut cum*, de apell. cognosc. §. si unum, col. 8. in l. notab. quòd fisco poterit se restituere contra non confectionem inventaril. æquiparando fisco minori facit l. 1. C. de sentent. advers. fisc. lat. retract. lib. 10. Et an Regina, Regis uxor, gaudeat isto beneficio, Lucas de Penn. ubi supra, movet istam quæstionem, et quòd aliàs ita fuit pronuntiatum in favorem dominæ Sanciae Regiæ, relicta quondam inclyti Regis Roberti, cum decepta foret in venditione castri montis Albani; ipse tamen concludit quòd non gaudeat Regis uxor tali beneficio.

(3) *Concejos*. Aprobatur opinionem Azon. in summa, C. si advers. usucapion. in fin. et Gloss. in l. *Republicam*, C. de jur. Reipublic. lib. 11. et Guido de Suza, Jacob. de Aret. et Dyn. et Ubert. et Alberic. Papien. et Odofred. et aliorum, de quibus per Joan. Andr. in addition. ad Speculat. tit. de restit. in integr. §. *quis autem*, col. 6. et per Alber. in l. *Respublica*, C. ex quib. caus. major. et reprobat opinionem Glossæ in dict. l. *Respublica*, ubi etiam Petr. et Cyn. et Innoc. in cap. 1. de in integr. restit. et tradit Specul. in dict. §. *quis autem*, col. 6. vers. *idem, quoque juris est in republica*, ubi ipse dicit, quòd universitates pistorum, cerdonum, et hujusmodi, non restituantur, vide Bal. in l. 1. C. etiam per procuratorem causam restituit. In republica tamen civitatis vult, quod posset restitui; et opinio quæ approbatur hic, secundum Alberic. in dict. l. *Respublica*, communiter approbatur, et de facto servatur, quia de facili subsunt læsionibus, et quia et aliæ civitates ultra Romanam reguntur per administratores, et sæpè per baratores; de stricto tamen jure credere se dicit Alberic. contrariam opinionem esse veriore: tene ergo menti istam legem Partitarum, cujus opinio tenet etiam Bart. Bald. Salicet. et alii in dict. l. *Respublica*, concludentes, veram et communem opinionem esse, quòd omnis civitas, vel quodlibet castrum, gaudet privilegio reipublicæ, et debet restitui in integrum, sicut respublica, dummodo tale castrum, vel villa habeat multitudinem hominum, et regatur per suos administratores, et tractet negotia sua, tanquam communia, non ut privata, licet sit parva universitas, et licet talis civitas sit supposita alicui domino, vel Principi, et ita approbatur hic; et advertit, quod respublica jure vatur in multis, ut pupillus; in multis plus, quam pupillus; in multis minus, quam pupillus, vide latè Joan. de Plat. in l. *Republicam*, C. de jur. Reipublic. lib. 11.

(4) *Los que han en poder.* Habes hic, quod syndicus universitatis absque alio speciali mandato potest petere restitutionem; adde Bald. in l. 1. C. *etiam per procurat. causam restit.* et Joann. de Plat. in l. *Republicam*, C. *de jur. Republic.* lib. 11.

(5) *Quatro años.* Concordat cum cap. 1. *de in integr. restit.* lib. 6. et Clement. 1. eod. tit. glossa finalis in dict. l. *Republica*, et ibi Bart. et Doct. et in l. *Republicam*, ubi Joann. de Plat. C. *de jure Reipublic.* lib. 11. et probatur etiam hic, quod etiam contra prescriptionem datur ecclesie beneficium restitutionis intra quadriennium à die completæ prescriptionis, quæ erat quæstio antea dubia, ut tradit Abb. in cap. 1. col. penult. et fin. *de præscrip.* et in cap. *um ea litteris*, col. 5. *de in integr. restit.* et vide Gloss. in authent. *de ecclesiastic.* tit. §. *pro temporalibus*, collat. 9. et istud quadriennium est à principio utile, ut patet in dict. cap. 1. *de in integr. restit.* lib. 6. et ponderat Abb. ubi supra, col. fin. hoc etiam tenet Francisc. Balbus in *tractatu præscription.* col. 43. fol. 2. et contra lapsum hujus quadriennii non datur restitutio, quia aliàs esset procedere in infinitum, Abb. ubi supra; et vide l. 7. tit. 29. et quæ ibi dixi, §. *Partit.* Et à quo tempore incipiat currere istud quadriennium, quando ecclesia, vel republica petit restitutionem, quia non probavit in termino, vide per Abb. in cap. *coram*, ad fin. *de in integr. restit.* hodie verò provisum est circa hoc per II. et Ordinationes de Madrid, restringentes tempus, in quo petatur.

(6) *Mas de la mejiad del precio.* Approbat opinionem Gloss. in cap. *ad nostram*, *de rebus eccles. non alien.* super verbo *enorme*; et nota bene, quia ex hoc declaratur textus cum glossa in cap. 1. *de restit. in integr.* lib. 6. cum ibi Glossa dicit *de damno eminentissimo*, ut tunc competat restitutio etiam post quadriennium, ut etiam idem Joan. Andr. dicit in dict. cap. *ad nostram*, ibi cum dicit: *et forsam eminentissimum damnum fuit hic causa admissionis post quadriennium.* Declaratur ergò hic, quòd dicit eminentissimum, cum contingit læsio ultra dimidiam justii pretii; tenet etiam Felin. in cap. *in presentia*, col. 5. vers. *imò etiam major*, *de probat.* Curtius Junior consil. 141. col. 5. Calcaneus consil. 25. Ratione ergo enormis damni aliqua sunt specialiter statuta, ut hic vides, et minor etiam jurans, si enormiter est læsus, potest petere absolutionem à juramento, ut dicit Ab. in cap. penult. col. fin. *de empt. et vend.* et vide l. 56. in fin. tit. 5. *Partit.* 5. Et dicit Bartolus post Glos. in l. *alius*, §. *bellissimè*, D. *quòd vi aut clam*, quòd potest quis propria auctoritate recuperare res suas, quando aliàs pateretur enorme damnum; unde si quis per vim arriperet animalia tua, quæ facilius pereunt, vel vineas, quæ si remanent incultæ, de facili destruuntur; quia tunc facilliter permittitur, quòd tua auctoritate ea recuperes, quàm in aliis rebus permetteretur, quæ non sic de facili pereunt: et vide etiam quòd notat Bald. *de milit. vassal. qui contum. est.* col. fin. vers. *sed dubitatur*, *utrum contra istum processum*, et in §. *item sacramenta*, col. 2. *de pac. juram. firm.* Præsumitur namque dolus in inferente læsionem enormissimam, ut tradit Paul. de Cast. in l. *servo invito*, §. *cum Prætor*, D. *ad Trebell.* facit l. *summa cum ratione*, D. *de pecul.* vers. *sed doctum*, et l. *nomen*, §. 1. D. *de legat.* 5.

(7) *Que fuisse enagenada.* Ex hoc videtur, quòd junctis verbis præcedentibus, quòd non loquitur ista lex, quando Rex, ecclesia, vel republica velit se restituere contra prescriptionem, nam tunc elapso quadriennio non posset, ut patet ex l. 7. tit. 29. 5. *Partit.* cum enim hæc lex consideret damnum grave, seu gravissimum, habito respectu rei seu causæ ad ipsam rem vel causam, quia loquitur de damno dato in dimidia valoris rei, et ultra, prout aliàs in ista materia, seu simili, notatur per Bald. in l. *si societatem*, §. *arbitrorum*, D. *pro socio.* Innoc. in cap. *Quintavallis*, *de jurejur.* Bald. in l. penult. C. *de arbit.* quando tractatur de prescriptione non potest haberi ista consideratio, quia cum tota res præscribatur, semper damnum esset gravissimum ita considerando; unde jura limitantia quadriennium adversus prescriptionem nunquam practicarentur: ha-

bebit ergò locum ista lex, quando prædictæ personæ læduntur ex sententia, vel contractu, vel aliàs quàm per prescriptionem, ubi possit haberi consideratio, de qua hic, scilicet, quòd non esset damnum in tota re: sed contra hoc videtur, nam si læsio proveniret ex sententia, qua res ecclesie, Regis, vel reipublicæ perderetur in totum, et ex hoc reciperetur damnum enormissimum, non potest dubitari, quin competeret restitutio, ut probatur in dict. cap. 1. *de restit. in integr.* lib. 6. cum glossa ibi: *etiam post quadriennium.* Similiter ergò erit dicendum, si læsio in tota re causetur ex prescriptione, et quòd hic in ista lege dicitur de læsione ultra dimidiam, verificatur, quòd à fortiori procedet, si contingit læsio in tota re. Præterea etiam res dicitur alienari per prescriptionem, l. *alienationis*, D. *de verb. signif.* et quæ tradunt Doctor. in l. fin. C. *in quib. caus. in integr. restit. non est necess.* unde dicendum videtur, quòd istum damnum gravissimum in ista materia consideretur habito respectu ipsius rei ad qualitatem personæ, et quantitatem patrimonii illius, qui patitur hoc damnum, sicut habetur in simili in l. *sed et si susceperit*, §. 1. et ibi per Gloss. et Doctor. D. *de judic.* per Bart. in l. *admonendi*, col. penult. vers. *sed est advertendum*, D. *de jurejur.* et ita in terminis vult, quòd istud consideretur Socin. 2. vol. consil. 266. col. 11. incipit, *in causa. quæ vertitur inter capitulum canonicorum*, et loquitur in restitutione contra prescriptionem: hoc idem vult ista lex Partitarum, quæ etiam loquitur in læsione ex cursu temporis; vide tamen l. 5. tit. 29. *Partit.* 2. quæ vult tamen dari quadriennium ad restitutionem petendam contra prescriptionem, et ad idem l. 10. ejusd. tit. nisi fortè respondeas, quòd limitentur, nisi damnum sit enormissimum, habito respectu, de quo dixi ad qualitatem rei, et personæ, et quantitatem patrimonii.

(8) *Treynta años.* Habes hic præfixum tempus intra quòd peti debet restitutio, quando damnum est enormissimum, quòd non meminisse taxatum de jure communi; et fortè ista taxatio habuit considerationem ad id, quòd habetur in l. *sicut*, C. *de præscript.* 30. *vel 40. annor.* scilicet, ut actiones minori tempore non limitatæ, triginta annorum spatio præscribantur: et intellige, ut lex ista loquitur de beneficio restitutionis, nam si agere velit ecclesia, vel civitas actione ordinaria sibi aliàs de jure communi competenti, veluti ex deceptione ultra dimidium justii pretii in contractu venditionis, tunc esset necessarius terminus quadraginta annorum ad prescriptionem talis actionis, ut in authent. *quas actiones*, C. *de sacrosanct. eccles.* Glos. et Doctor. in l. 2. C. *de rescind. vendit.* et Gloss. in cap. *ad nostram de reb. ecclesiæ non alien.* De actionibus verò competentibus Regi, vel fisco, quo tempore præscribantur, vide Francisc. Balb. in suo tractat. *præscript.* char. 42. col. 2. ubi de principibus non recognoscitibus superiorem, et char. 50. et 51. Gloss. et ibi Bald. in l. 2. C. *communis de usucapion.* et contra beneficium restitutionis competens Regi pro rebus patrimonialibus regni, vel fiscalibus, præscribitur quadriennio, vel si damnum est enormissimum, triginta annis, ut hic vides. Si tamen sit, qui fuit deceptus in contractu emptionis, vel venditionis, vel simili contractu, privata persona, quæ non gaudet beneficio restitutionis, videtur ex l. 4. tit. 7. lib. 5. *Ordinam. Regal.* quòd etsi interveniat enormis læsio, et deceptio ultra dimidiam justii pretii, non sit audiendus quadriennio elapso, dolo aliter non probato, quàm ex quantitate pretii, argumento l. *dolus*, C. *de rescind. vend.* Si tamen ex aliis argumentis constaret de dolo ex proposito, tunc videtur, quòd agere possit ultra quadriennium, juxta id quòd habetur in l. 6. tit. 16. *Partit.* 7. et in l. 65. *in Ordinam. Taur.* Et idem videtur fortè dicendum, si læsio ita esset enormissima, quòd excederet nimis ultra dimidiam justii pretii, ex his quæ dixi in l. 56. in gloss. fin. tit. 5. *Partit.* 5. neque repugnabit dicta lex Ordinamenti, quia illa adjectio *plus, vel minus* sic absolutè dicta, ad modicam quantitatem referenda est, ne in hoc præsertim corrigat alias II. majus tempus huic actioni indulgentes, l. *hæc actio*, D. *de verbor. signif.*

FIN DE LA SEXTA PARTIDA.

AQUI COMIENZA

LA SETENA PARTIDA

DESTE NUESTRO LIBRO,

QUE FABLA DE TODAS LAS ACUSACIONES, E MALEFICIOS, QUE LOS OMES FAZEN; E QUE PENA MERESCEN AUER PORENDE.

Oluidança (1), e atreimiento, son dos cosas que fazen a los omes errar mucho. Ca el oluido los aduze, que non se acuerden del mal que les puede venir por el yerro que fizieren. E el atreimiento les da osadia, para acometer lo que non deuen: e desta guisa, vsan el mal de manera, que se les torna como en natura (2), rescibiendo en ello plazer. E porque tales fechos como estos, que se fazen con soberuia (3) (a), deuen ser escarmentados crudamente (4), porque los fazedores resciban la pena que merescen (5), e los que lo oyeren, se espanten, e tomen ende escarmiento (6), porque se guarden de fazer cosa, por que non resciban otro tal. Onde, pues que en la quinta Partida deste libro fablamos de todos los pleytos, e posturas, que los omes fazen; e ponen entre si de comienço, a plazer de amas las partes, de que nasce contienda, que se ha despues a departir por derecho de justicia. E otrosi demostramos en la sexta, de los testamentos, e de las herencias de los que mueren, sobre que acaescen grandes desacuerdos, que conuiene que sean acordados por igualdad de derecho. Queremos aqui demostrar en esta setena Partida de aquella justicia, que destruyendo, tuelle por crusos escarmientos las contiendas, e los bollicios, que se leuantan de los malos fechos, que se fazen a plazer de la vna parte, e a daño, e a deshorrria de la

otra. Ca estos fechos atales son contra los mandamientos de Dios, e contra buenas costumbres, e contra los establecimientos de las Leyes, e de los Fueros, e Derechos. E porque la verdad de los malos fechos, que los omes fazen, se puede saber por los Judgadores en tres maneras (7); assi como por acusacion, o por denunciacion (b), o por oficio del Judgador faziendo ende pesquisa (c). Pues en la tercera Partida deste libro fablamos de las pesquisas (d), como se deuen fazer, e de todas las otras cosas que les pertenescen; queremos aqui dezir de las otras maneras, por que los Judgadores deuen punar de saber los malos fechos, para estrañarlos. E porende mostraremos primeramente de las acusaciones, que se fazen por razon destes males. E de los acusadores, e acusados, como deuen responder a ellas. E quando deuen ser recabdados. E como, e por que razones deuen ser puestos a tormento (e). E de si fablaremos de cada vno de los maleficios, quier se fagan por palabra, quier por obra. Assi como de las traiciones. E de los aleues. E de los rieptos. E de la lid que se faze en razon dellos. E de los enfamados. E de los adulterios. E de los matadores, que matan a otro a sabiendas, o por ocasion. E de las fuerças que se fazen con asonadas, o de otra manera manifestamente. E de todos los otros yerros que los omes suelen fazer.